A. D. 1918. N^rus IV.

CURRENDA

Benedictus PP. XV.

ad Episcopos austriacae ditionis, qui e coetu Vindobonensi communem epistolam, observantiae officiique plenam, miserant.

Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Conspirantibus adversus Christi Vicarium factionibus improborum, iisque cuilibet eius vel saluberrimo consilio obsistentibus, quid Nos magis recreare potest quam si boni studeant eo arctius huic Apostolicae Sedi adhaerescere, Nostrique praescriptionibus eo religiosius obtemperare? Eiusmodi Nos oblectatio tenuit nuper in iis litteris, quas ad Nos e coetu Vindobonensi dederatis: in quibus quidem vestrum et fidei ardorem et voluntatis obsequium complexi sumus; maximeque propositum ad christianam rerum instaurationem, Nobis praeeuntibus, impense elaborandi. Huc vero cum recta spectet et sacrorum canonum Codex proxime promulgatus, et Nostra de divini verbi praedicatione Epistola, utrumque vobis, ut sancte servetur, curae esse gaudemus: atque etiam, quod proprie attinet ad praedicandum, vos Nostra praescripta antevenisse, gratulamur. De hac autem calamitate belli Nostram agendi rationem admodum vobis probari, peropportuno Nobis solatio est: et sane erat consentaneum cum apostolico muneri tum caritati Nostrae ut, non solum tantos dolores levare pro viribus niteremur, sed etiam huius filiorum internecionis omni ope suadere et maturare finem. At vero, si ista in vobis grati animi professio delectat, quanta Nos ex adverso mordet malevolentia! Nostis usque eo quosdam provectos esse, ut, Nostra pacis hortatione reiecta, malorum, quae sunt secuta, in illud paterni amoris documentum culpam conferrent. Sed enim Nos in hac causa, ut in ceteris, quae muneris Nostri sunt, religione officii, non hominum comprobatione ducimur: omnique spe in Jesu Christo posita, qui nunquam suae est defuturus Ecclesiae, nihil est cur his difficultatibus moveamur. Itaque, dum bellum insidet, perseveremus — id quod relinquitur — tantae moli aerumnarum et luctuum aliquam, vario christianae caritatis munere, affere levationem; atque interea vobiscum et cum bonis omnibus comprecando contendere ut pacem, iustitiae comitem, e caelo, unde exspectanda demum est, aliquando devocemus. Cuius auspicem ac prae-

cipuae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, vestroque clero ac populo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II. mensis Februarii MDCCCCXVIII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV. mp.

De relatione novi Codicis Iuris can. ad Ius huc usque vigens.

(L. I. normae generales.)

Can. 1.

Licet in Codice iuris canonici Ecclesiae quoque Orientalis disciplina saepe referatur, ipse tamen unam respicit Latinam Ecclesiam, neque Orientalem obligat, nisi de iis agatur, quae ex ipsa rei natura etiam Orientalem afficiunt.

Can. 2.

Codex plerumque, nihil decernit de ritibus et caeremoniis quos liturgici libri, ab Ecclesia Latina probati, servandas praecipiunt in celebratione sacrosancti Missae sacrificii, in administratione Sacramentorum et Sacramentalium aliisque sacris peragendis. Quare omnes liturgicae leges vim suam retinent, nisi earum aliqua in Codice expresse corrigatur.

Can. 3.

Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus conventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; eae idcirco perinde ac in praesens vigere pergent, contrariis huius Codicis praescriptis minime obstantibus.

Can. 4.

Jura aliis quaesita, itemque privilegia atque indulta quae, ab Apostolica Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, in usu adhuc sunt nec revocata, integra manent, nisi huius Codicis canonibus expresse revocentur.

Can. 5.

Vigentes in praesens contra horum statuta canonum consuetudines sive universales, sive particulares, si quidem ipsis canonibus expresse reprobentur tanquam iuris corruptelae corrigantur, licet sint immemorabiles, neve sinantur in posterum reviviscere; aliae, quae quidem centenariae sint et immemorabiles, tolerari poterunt, si Ordinarii pro locorum ac personarum adiunctis existiment eas prudenter submoveri non posse; ceterae suppresae habeantur, nisi expresse Codex aliud caveat.

Can. 6.

Codex vigentem huc usque disciplinam plerumque retinet, licet opportunas im mutationes afferat. Itaque:

1. Leges quaelibet, sive universales sive particulares, praescriptis, huius Codicis oppositae, abrogantur, nisi de particularibus legibus aliud expresse caveatur;

2. Canones qui ius vetus ex integro referunt, ex veteris iuris auctoritate, atque ideo ex receptis apud probatos auctores interpretationibus, sunt aestimandi;

3. Canones qui ex parte tantum cum veteri iure congrunt, qua congrunt, ex iure antiquo aestimandi sunt; qua discrepant, sunt ex sua ipsorum sententia diiudicandi;

4. In dubio num aliquod canonum praescriptum cum veteri iure discrepet, a veteri iure non est recedendum.

5. Quod ad poenas attinet, quarum im Codice nulla fit mentio, spirituales sint vel temporales, medicinales vel, ut volunt, vindicativae, latae vel ferendae sententiae, eae tanquam abrogatae habeantur;

6. Si qua ex ceteris disciplinaribus legibus, quae usque adhuc viguerunt, nec explicite nec implicite in Codice contineatur, ea vim omnem amisisse dicenda est, nisi in probatis liturgicis libris reperiatur, aut lex sit iuris divini sive positivi sive naturalis.

Can. 7.

Nomine Sedis Apostolicae vel Sanctae Sedis in hoc Codice veniunt non solum Romanus Pontifex, sed etiam, nisi ex rei natura vel sermonis contextu aliud appareat, Congregationes, Tribunalia, Officia, per quae idem Romanus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet.

De voto et iureiurando.

Can. 1307.

§ 1. Votum idest promissio deliberata ac libera Deo facta de bono possibili et meliore, ex virtute religionis impleri debet.

§ 2. Nisi iure prohibentur, omnes congruenti rationis usu pollentes, sunt voti capaces.

§ 3. Votum metu gravi et iniusto emissum ipso iure nullum est.

Can. 1308.

§ 1. Votum est *publicum,* si nomine Ecclesiae a legitimo Superiore ecclesiastico acceptetur; secus *privatum.*

§ 2. Sollemne, si ab Ecclesia uti tale fuerit agnitum; secus, *simplex.*

§ 3. *Reservatum,* cuius dispensitionem sola Sedes Apostolica concedere potest.

§ 4. *Personale,* quo actio voventis promittitur; *reale,* quo promitittur res aliqua; *mixtum,* quod personalis et realis naturam participat.

Can. 1309.

Vota privata Sedi Apostolicae reservata sunt tantummodo votum perfectae ac perpetuae castitatis et votum ingrediendi in religionem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum.

Can. 1310.

§ 1. Votum non obligat, ratione sui, nisi emittentem.

§ 2. Voti realis obligatio transit ad heredes, item obligatio voti mixti pro parte qua reale est.

Can. 1311.

Cessat votum lapsu temporis ad finiendam obligationem appositi, mutatione substantiali materiae promissae, deficiente conditione a qua votum pendet aut eiusdem causa finali, irritatione, dispensatione, commutatione.

Can. 1312.

§ 1. Qui potestatem dominativam in voluntatem voventis legitime excercet, potest eius vota valide et, ex iusta causa, etiam licite irrita reddere, ita ut nullo in casu obligatio postea reviviscat.

§ 2. Qui potestatem non quidem in voluntatem voventis, sed in voti materiam habet, potest voti obligationem tandiu suspendere, quandiu voti adimplementum sibi praeiudicium afferat.

Can. 1313.

Vota non reservata posunt iusta de causa dispensare, dummodo dispensatio ne laedat ius aliis quaesitum:

1. Loci Ordinarius quod attinet ad omnes suos subditos atque etiam peregrinos;

2. Superior religionis clericalis exemptae quod attinet, ad personas quae can. 514, § 1[1]) enumerantur:

3. Ii quibus ab Apostolica Sede delegata fuerit dispensandi potestas.

Can. 1314.

Opus voto non reservato promissum potest in melius vel in aequale bonum ab ipso vovente commutari; in minus vero bonum ab illo cui potestas est dispensandi ad normam can. 1313.

Can. 1315.

Vota ante professionem religiosam emissa suspenduntur, donec vovens in religione permanserit.

De iureiurando.

Can. 1316.

§ 1. Iusiurandum, idest invocatio Nominis divini in testem veritatis, praestari nequid, nisi in veritate, in iudicio et iustitia.

§ 2. Iusiurandum quod canones exigunt vel admittunt, per procuratorem praestari valide nequit.

Can. 1317.

§ 1. Qui libere iurat se aliquid facturum, peculiari religionis obligatione tenetur implendi quod iureiurando firmaverit.

[1]) Can. 514 § 1: In omni religione clericali ius et officium Superioris est per se vel per alium aegrotis professis, novitias, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmae valetudinis, Eucharisticum Viaticum et extremam unctionem ministrandi.

§ 2. Iusiurandum per vim aud metum gravem extortum valet, sed a Superiore ecclesiastico relaxari potest.

§ 3. Iusiurandum nec vi nec dolo praestitum quo quis privato bono aut favori renuntiat lege ipsi concesso, servandum est quoties non vergit in dispendium salutis aeternae.

Can. 1318.

§ 1. Iusiurandum promissorium, sequitur naturam et conditiones actus cui adiicitur.

§ 2. Si actui directe vergenti in damnum aliorum aut in praeiudicium boni publici vel salutis aeternae iusiurandum adiiciatur, nullam exinde actus consequitur firmitatem.

Can. 1319.

Obligatio iureriurando promissorio inducta desinit:

1. Si remittatur ab eo in cuius commodum iusiurandum emissum fuerat;

2. Si res iurata substantialiter mutetur aut, mutatis adiunctis, fiat sive mala sive omnino indifferens, aut denique maius bonum impediat;

3. Deficiente causa finali aut conditione sub qua forte iusiurandum datum sit;


4. Irritatione, dispensatione commutatione, ab norman can. 1320.

Can. 1320.

Qui irritare, dispensare, commutare possunt votum, eandem potestatem eademque ratione habent circa iusiurandum promissorium; sed si iurisiurandi dispensatio vergat in praeiudicium aliorum qui obligationem remittere recusent, una Apostolica Sedes potest iusiurandum dispensare propter necessitatem aut utilitatem Ecclesiae.

Can. 1321.

Iusiurandum stricte est interpretandum secundum ius et secundum intentionem iurantis, aut, si hic dolo agat, secundum intentionem illius cui iuratur.



Sacra Congregatio Rituum.

I.

Dubia circa Octavas simplices.

A Sacrorum Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutio expostulata fuit, nimirum:

I. An Decretum S. R. C. diei 7. augusti 1914, ad 2, statuens quod si infra Octavam simplicem Nativitatis B. M. V. dicenda sit Missa votiva eiusdem B. M. V., legatur Missa ut in festo Nativitatis B. M. V. cum Gloria, sed sine Credo, extendatur ad alias infra Octavas simplices?

Et, quatenus *affirmative:*

II. Ad infra Octavam simplicem, de qua peragenda non est Commemoratio in Officiis occurentibus, omitti debeant Suffragium et Preces?

Et, quatenus *negative:*

III. An saltem in Officio diei Octavae simplicis omitti debeant Suffragium et Preces?

IV. An Symbolum, dicendum in Missa festi, ratione non Dominicae aut Octavae, sed ipsius Festi, in Missa diei Octavae simplicis eiusdem Festi omitti debeat?

V. An Praefatio propria Missae Festi, legi etiam debeat in Missa diei Octavae simplicis eiusdem Festi?

Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, reque accurate perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. *Affirmattive.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative,* iuxta Rubricas novi Breviarii Typici.

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit et declaravit, die 18. ianuarii 1918.

† Antonius Card. Vigo, Ep. Portuen. et S. Rufinae
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. † S. Alexander Verde, Secretarius.

II.

Decretum Urbis et Orbis.

de elevatione ritus ad duplicem I. classis die 19. martii, S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virg. Conf., et die 29. septembris, in Dedicatione S. Michaëlis Arch.

Quum ex Canone n. 1267 § 1, iam vigente, Codicis iuris canonici, inter dies festos de praecepto adnumeretur etiam Festum S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis, Conf., quod maxime decet nobiliori ritu decorare, quumque etiam Festum in Dedicatione S. Michaëlis Archangeli, cum quo militiae caelestis principe omnes angelorum chori honorantur, eadem ritus nobilitate dignum visum fuerit, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV. supplicibus quoque votis cleri plebisque fidelis ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatis libentissime obsecundans, utrumque Festum primarium, respectiva die 19. martii et 29. septembris in universa Ecclesia recolendum, a ritu duplici secundae classis ad altiorem ritum duplicem primae classis absque octava evehere dignatus est; atque sub tali ritu duplici primae classis cum subsequentibus variationibus infrascriptis in futuras Breviarii Romani typici reproductiones inducendas esse iussit ac decrevit; servatis Rubricis:

In Kalendario.

19. martii — S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Conf., Duplex I. classis.

29. septembris — Dedicatio S. Michaëlis Archangeli, Duplex I. classis.

In Catalogo Festorum.

Duplicia I. Classis Primaria.

Post Assumptionem B. M. V. ponatur: Dedicatio S. Michaëlis Archangeli.

Post Navitatem S. Ioannis Baptistae ponatur: Festum S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf.

In Catalogo Festorum.

Duplicia II. Classis.

Expungantur festa Dedicationis S. Michaëlis Archangeli et S. Ioseph.

In corpore Breviarii.

Die 18. martii, in fine, rubrica Vesperarum sic ponatur: Vesperae de sequenti, Commemoratio tantum Feriae. Post titulum Festi ponatur: Duplex I. classis.

Die 19. martii — In I. Vesperis expungatur rubrica: Et fit Commemoratio praecedentis.

Die 29. septembris — Post titulum Festi ponatur: Duplex I. classis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12. decembris 1917.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Ruf.
L. † S. S. R. C. Pro-Praefectus.
Alexander Verde, Secretarius.

Sacra Poenitentiaria Apostolica

Sectio de Indulgentiis.

I.

Actus quidam adorationis erga Dominum Iesum Christum indulgentiis ditatur.

(*Ex testamento S. Francisci Assisiensis.*)

»Adoramus te, sanctissime Domine Iesu Christe, hic et ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.«

Die 3. augusti 1917

Ssmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV., in audientia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, benigne concedere dignatus est indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum iis omnibus christifidelibus, qui, saltem corde contrito, supra relatum adorationis actum flexis genibus elicuerint, sive ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium ingredientes, sive inde exeuntes, qualibet vice; iis vero, qui, confessi ac S. Synaxi refecti, id per mensem integrum, semel saltem in die, peregerint, plenariam indulgentiam largitus est. Has porro indulgentias etiam animabus in Purgatorio degentibus applicari posse declaravit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Gulielmus M. Card. van Rossum, Poenit. Maior.
L. † S. F. Borgongini-Duca, Secretarius.

II.

Conceditur indulgentia C Dierum sacerdotibus Recitantibus quandam Orationem post Missam.

ORATIO

ad Sanctum in cuius honorem Missa celebrata est.

»Sancte *N.*, in cuius honorem incruentum Corporis et Sanguinis »Christi sacrificium obtuli, fac, tua potenti apud Deum intercessione, ut, »usu huius mysterii, passionis et mortis eiusdem Christi Salvatoris nostri »merita consequar, ac, cum illius frequentatione, continuo crescat meae »salutis effectus. Amen.«

Die 16. novembris 1917

Ssmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV., in audientia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, omnibus et singulis sacerdotibus, qui, peracto Ss. Missae sacrificio, supra relatam Orationem ad Sanctum, in cuius honorem Missa celebrata est, recitaverint, indulgentiam centum dierum, animabus etiam christifidelium in gratia Dei vita functorum applicabilem, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Gulielmus M. Card. van Rossum, Poenit. Maior.

L. † S. F. Borgongini-Duca, Secretarius.

III.

DECRETUM

solvuntur dubia circa pium Viae Crucis exercitium et indulgentias eidem adnexas Rite lucrandas.

Postquam, die 24. iulii 1912, a Suprema Sacra Congregatione S. Officii promulgatum fuit Decretum[1]) de Indulgentiis pio Viae Crucis exercitio adnexis, nonnulla dubia oborta sunt, quae Sacrae Poenitentiariae Apostolicae Tribunali solvenda sunt proposita; videlicet:

I. Utrum praedictum Decretum abrogaverit etiam pias Uniones et pia Exercitia »Viae Crucis Perpetuae« et »Viae Crucis Viventis«, cum indulgentiis quae eisdem respective sunt adnexae?

II. Utrum abrogatio coronarum, quas vocant Viae Crucis, et cuiusvis concessionis, quae eas respiciat, se extendat etiam ad illas Viae Crucis coronas, quae ante abrogationis Decretum fuerant legitime benedictae, indulgentiis ditatae et fidelibus iam distributae?

III. An per idem Decretum censendus sit abolitus usus crucium vel crucifixorum, quibus per facultates speciales, cuicumque tributas, adnexae fuerant indulgentiae Viae Crucis, lucrandae ab iis etiam qui nullo detinentur impedi-

[1]) cf. Curr. VIII, 1917, pag. 115.

mento ab exercitio rite obeundo; et an huiusmodi cruces et crucifixi, qui fuerint iam benedicti et distributi, in posterum pro lucrandis indulgentiis valeant tantum in casu legitimi impedimenti?

IV. Utrum in usu crucifixorum cum adnexis indulgentiis Viae Crucis rite benedictorum, ad indulgentias lucrandas, requiratur Passionis Dominicae meditatio, vel saltem pia eiusdem recordatio; an sola sufficiat statutarum precum recitatio, viginti nempe *Pater* cum totidem *Ave Maria*, et *Gloria?*

V. An laudato Decreto abrogata fuerint etiam Indulta, quibus confessariis aliisve concessa est facultas impeditis commutandi preces iniunctas in alia pia opera?

VI. An eodem Decreto abolitae sint etiam illae concessiones, quibus permittitur, in stationibus singulis rite visitandis, ut multitudo populi fidelis in suo loco consistat, ibique pro qualibet statione assurgat tantum et genuflectat?

Et Sacra Poenitentiaria respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Affirmative* ad utramque partem.

Ad IV. *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Ad V. *Negative,* dummodo usus crucifixi benedicti non omittatur, et aliqua saltem addatur pia Passionis Dominicae memoria.

Ad VI. *Negative,* si agatur de publico exercitio in ecclesia, quod a multitudine fidelium in communi peragatur.

Quae responsa, in audientia diei 7. decembris vertentis anni ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori relata, Ssmus D. N. Benedictus div. Prov. Pp. XV. adprobare rataque habere, contrariis quibuscumque non obstantibus, dignatus est, ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 14. decembris 1917.

Gulielmus M. Card. van Rossum, Poen. Maior.

L. † S. F. Borgongini-Duca, Secretarius.

Tematy do wypracowań na kongregacye dekanalne.

Wszyscy p. t. Kapłani, do przedkładania wypracowań zobowiązani, obrobią na tegoroczną kongregacyę dekanalną obydwa następujące tematy:

I. Karcenie z ambony w świetle encykliki Benedykta XV.: „Humani generis“ z 15. czerwca 1917. (Curr. XVII. z r. 1917.)

II. Discrimen inter veterem ac novam legislationem ecclesiasticam quoad: 1. festa, 2. ieiunia, 3. vota.

Redukcya ciężarów fundacyjnych.

Na mocy upoważnienia otrzymanego od Stolicy Ap. reskryptem s. Kongregacyi Soboru z dnia 10. marca 1916 przedłużamy niniejszem na dalsze trzechlecie ważność tych wszystkich dekretów redukcyjnych, któreśmy między 7. kwietnia 1916 a 7. kwietnia 1917 wydali, a któreby wskutek wpływu trzechlecia między 7. kwietnia b. r. a 7. kwietnia 1919 roku moc swoją straciły.

Czynimy to jednak w tem przypuszczeniu, że stan majątkowy tych fundacyi nie uległ w poprzednim trzechleciu znaczniejszej zmianie na lepsze; jeżeliby bowiem tak było, należy nas o tem zawiadomić, byśmy mogli wydać odpowiednie zarządzenie. Gdyby zaś przeciwnie majątek danej fundacyi uległ zmianie na gorsze, należy się również do nas odnieść z prośbą o nową redukcyę ciężarów.

L. 644.

W sprawie ubezpieczenia od ognia budynków kościelnych i plebańskich.

Z Dyrekcyi Towarzystwa wzajemnych ubezpieczeń w Krakowie otrzymaliśmy następujące pismo, które podajemy w dosłownem brzmieniu do wiadomości względnie do zastosowania się:

„Towarzystwo wzajemnych ubezpieczeń w Krakowie poczytuje za swój obowiązek, zwrócić uwagę Najprzewielebniejszych Władz duchownych na niezbędną i naglącą konieczność rewizyi ubezpieczeń od ognia budynków kościelnych i parafialnych i przynależnych ruchomości, jakoteż własności klasztornych.

Ubezpieczenie od ognia tylko wówczas spełnić może swoje zadanie, jakiem jest zwrot szkody zarządzonej przez pożar, jeżeli istotna wartość, jaką dany przedmiot przedstawiał w chwili ognia, była ubezpieczona.

W razie przeciwnym, t. j., jeżeli suma, na jaką opiewa ubezpieczenie, jest niższa, aniżeli istotna wartość przedmiotów, — Towarzystwa ubezpieczeń mogą wedle obowiązujących i znanych powszechnie zasad przyznawać odszkodowania tylko w proporcyi, w jakiej suma ubezpieczona pozostawała do wartości przedmiotu w chwili ognia.

Ubezpieczenia majątków duchownych, kościołów, kaplic, probostw i klasztorów pozostawiają pod tym względem wiele do życzenia, gdyż zawarte według cen przed laty istniejących, przedłużane są przeważnie bez zmiany ubezpieczonych sum, chociaż i wartość ubezpieczonych przedmiotów znacznym zmianom z biegiem czasu uległa.

Spadek wartości nabywczej pieniądza i idący z nim w parze niezmiernie szybki wzrost cen wszelkich produktów rolnych, budulca, robocizny i wytworów przemysłu sprawiły, że obecnie sumy ubezpieczone budynków kościelnych, kla-

sztornych i parafialnych stoją w rażącej dysproporcyi do obecnej ich wartości, która sumę ubezpieczoną nieraz bardzo znacznie przewyższa.

Taki stan zagraża na wypadek pożaru daleko idącemi następstwami. Odszkodowania bowiem, jakie Towarzystwa ubezpieczeń stosownie do obowiązujących umów wypłacać mogą, w części tylko pokryją koszt restytucyi przedmiotów pogorzałych, znaczne zaś podwyżki kosztów musiałyby być pokryte w drodze konkurencyi parafialnej lub innych zasobów.

Towarzystwo wzajemnych ubezpieczeń w Krakowie od czasu, gdy wzrost wartości nabrał pewnych cech trwałości, zwraca uwagę ubezpieczonych na konieczność uregulowania ubezpieczeń odpowiednio do obecnych stosunków; jednakże ani wydane jeszcze w 1915 roku pouczenia, ani kartki nalepiane na policach, ani wyjaśnienia ustne agentów, nie wydały dotychczas rezultatu, jakiby we własnym interesie ubezpieczających był pożądany.

W tym stanie rzeczy pozwalamy sobie upraszać Najprzewielebniejsze Biskupstwo, aby raczyło zarządzić rewizyę ubezpieczeń własnych przedmiotów majątkowych, a zarazem wydać stosowne pouczenie co do odpowiadającego obecnym wartościom podwyższenia ubezpieczeń majątków kościelnych, parafialnych i klasztornych, wreszcie zaś wziąść pod rozwagę, czyby nie było wskazane w interesie ludności pouczenie jej przez duszpasterzy o ujemnych skutkach wynikających z ubezpieczeń nieodpowiadających obecnym wartościom ubezpieczonych przedmiotów."

Czas letni.

Na podstawie reskryptów Prezydyum c. k. Namiestnictwa z dnia 21. marca b. r. L. 5243 i 29. marca b. r. L. 6367 zawiadamiamy P. T. Duchowieństwo, że zaprowadza się w bieżącym roku czas letni od dnia 15. kwietnia do 16. września 1918 r. przez posunięcie czasu o jedną godzinę.

Stosownie do tego przesunie się zegary dnia 15. kwietnia według dotychczasowego liczenia czasu o godzinie 2-giej rano o jedną godzinę naprzód, a dnia 29. września według zaprowadzonej tem rozporządzeniem osobnej rachuby czasu (czasu letniego) o godzinie 3-ciej rano o jedną godzinę wstecz.

Wobec tego, że dnia 29. września 1918 roku godzina od 3-ciej do 3-ciej rano powtórzy się dwa razy, otrzyma, celem uniknięcia pomyłek, pierwsza godzina od 2-giej do 3-ciej dodatek *A*), a druga godzina od 2-giej do 3-ciej dodatek *B*).

Polecenie „Głosu Eucharystycznego".

Przed wojną wychodziły w Krakowie dwa pisma, mające na celu szerzenie czci dla Przenajśw. Sakramentu Ołtarza, mianowicie: „Adoracya Przenajśw. Sakramentu" i „Skarb wierzących". Ale z powodu inwazyi rosyjskiej, wydawnictwo tych pism musiało być zawieszone.

Obecnie, kiedy stosunki nieco się ustaliły, zostało wznowione wydawnictwo takiego pisma, pod tytułem „Głos Eucharystyczny“.

Pierwszy numer nowego pisma na rok 1918 opuścił już prasę i został rozesłany na okaz. Jest to miesięcznik religijny dla kapłanów i wiernych, mający za zadanie rozszerzanie czci dla Przenajśw. Sakramentu Ołtarza. Pismo to zasługuje na największe rozpowszechnienie, jako jedyne pismo eucharystyczne na ziemiach polskich. — Przedpłata roczna wynosi 5 koron. Redakcya i Administracya znajduje się w Krakowie, ul. Warszawska Nr. 1.

Pisemko to gorąco P. T. Duchowieństwu i wiernym z Naszej strony polecamy.

Uwaga: W Curr. I. p. 2. należy can. 1252 § 4 poprawić: cessat, excepto tempore Quadragsimae, nec pervigilia... (Acta Apost. Sedis 1917 n. 11.)

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Decoratus: A. R. D. *Śnieżnicki Adalbertus*, par. in Brzeźnica, usu R. et M.

Praesentatus: R. D. *Wolski Bartholomaeus*, expositus de Pogorska Wola ad vac. beneficium in Jastrzębia.

Constitutus: A. R. D. *Bubula Joannes*, Par. in Słopnice — Commissarius eppalis ad doctrinam relig. in scholis pop. dec. Limanowaënsis.

Translati: R. D. Coop.: *Chłoń Michaël* e Nowy Sącz ad Gręboszów; *Bogacz Valentinus* e Gręboszów ad Nowy Sącz; *Krzanik Ladislaus* e Słopnice ad Nowe Rybie qua coop. ad personam; *Budzik Ladislaus* e Uście solne ad Dembno.

R. D. *Jacobus Urbański*, e captivitate russiaca redux applicatus ad Słopnice.

Commeatum cur. valetud. causa obtinuit R. D. *Skibniewski Aloisius*, coop. in Trzciana.

Actuali curae past. milit. applicati R. Dni: *Stec Jacobus*, coop. e Dembno et *Habela Marianus*, coop. e Lisiagóra.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 15. kwietnia 1918.

Ks. Dr Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.